



Universitätsbibliothek Paderborn

**Poemata Ferdinandi Episcopi Monasteriensis Et
Paderbornensis, S. R. I. Principis, Comitis Pyrmontani,
Liberi Baronis De Furstenberg**

Ferdinand <Paderborn, Bischof, II.>

Parisiis, 1684

Ad Jacobum Balde, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-7748

ET PADERBORNENSIS POEMATA. 55

Magna quidem laus est populos domuisse rebelles:
Sed tamen illa tuæ pars quota laudis erit?
Quam referunt alii, victoria sanguine constat:
Sanguinis expertem posse referre tuum est.

AD

J A C O B U M B A L D E,

E S O C I E T A T E J E S U ,

*Verseculos nostros, de corvo Bartoldi Nibus exstincto,
laudantem.*

SICCINE, quem tristes olim flevere Ca-
menæ,
Est tibi visus olor, qui mihi corvus erat?
Verterit has formas opifex amor: omnia vertit,
Et pulcrum, quod non invenit, esse facit.
Quos tu nunc, specie multum delusus inani,
Das corvo vultus, hos dedit ille Jovi.
Di faciant, cui dat corvus te judice nomen,
Ille suo dici carmine possit olor.
Tunc me non humili vectum mirabere pennâ,
Quo Calaber Latiæ se tulit arte lyræ.
Tunc ego Dædalide ferar huc, ferar ocior illuc,
Nomina cæruleis nulla datus aquis.
Te visam ante alios, ac nostro carmine captus
Defluere immemores arriget Ister aquas.
Exceptum Tiberis ripa meⁱ SIDUS OLORUM
Respiciat tantum, sponte canorus ero.

ⁱ Clementis IX. tessera hæc est, inter illas, quas Pontificibus attribuit S. Malachias.